LXVII. *Lepidium bonariense* L. novis varietatibus ex herbario Stuckertiano auctum.

Auctore A. Thellung (Zürich).

(Originaldiagnose.)

Lepidium bonariense L. Spec. pl. (1753), p. 645, Thell. Gatt. Lepid. (in Neue Denkschr. Schweiz. Ges. Naturw., XLI, Abh. 1 [1906]), p. 256, per Brasiliam merid., Uruguayam et Argentiniam divulgatum et etiam in Andibus Chilensibus occurrens[1]), est species summopere variabilis, ut patet ex collectione locupletissima a cl. Teodoro Stuckert ex Argentinia allata (cf. etiam Grisebach Symb. fl. Argent. in Abh. Ges. Wiss. Götting., XXIV [1879], p. 16 sub *L. pubescente*).

Radix interdum tenuissima (annua?), interdum digiti parvi crassitiem attingens; altitudo plantae variat a 5 cm ad 50 cm et ultra; foliorum forma valde variabilis (cf. varietates infra citatas); ramificatio plantae mox pyramidato-paniculata, mox fastigiato-corymbosa; indumentum variat densitate; silicula variat latitudine $1^3/_4$—3 mm. quoad formam est anguste elliptica usque suborbicularis.

Varietates sequenti modo disponi possunt:

a) quoad habitum:

B. **Gayi** Thell. in Bull. Herb. Boiss. 2e sér. VIII (1908), p. 914 et in Fedde, Repert. XI (1912), p. 310 (= *L. pubescens* forma *humilis andina* F. Kurtz in Bol. Acad. Nac. de cienc. Córdoba, XV [1894], p. 508).

Caules pumili decumbentes; folia fere omnia simpliciter pinnatisecta lobis quam in typo brevioribus saepius obtusiusculis.

Argent.: Achala, Sierra de Córdoba (Stuckert no. 20706).

b) quoad formam foliorum:

I. **Dillenianum** Thell., var. nov.

Thlaspi bonariense multiscissum flore invisibili Dillenius![2]) Hort. Eltham., II (1732), p. 381, t. 286, f. 370!.

Folia basilaria et caulina inferiora bipinnatipartita, caulina media et superiora pinnatipartita vel pinnatifida lobis basin versus angustatis, rhachi distincta. — Forma normalis et maxime divulgata.

II. **pseudo-virginicum** Thell., var. nov.

Folia basilaria et caulina inferiora saepius simpliciter pinnatifida vel tantum serrato-incisa, caulina media et superiora inciso-serrata vel serrata lobis vel dentibus triangulari-lanceolatis a basi attenuatis, rhachi indistincta.

Argent.: Tucuman (Lillo no. 8489 in herb. Stuckert); Cordoba: Rio IV (Stuckert no. 5792, 14743), Los Cocos, Pumilla (Stuckert no. 16217, 19614); Chaco (Stuckert no. 19353).

---

[1]) Etiam introductum in Europam: Scotiam, Hollandiam et Germaniam. cum lanis austro-americanis.

[2]) Vidi specimen originale a cl. G. Cl. Druce anno 1913 communicatum.

Simillimum *L. virginico* L., a quo differt radice fere semper perenni, pilis caulis saepius rectis (horizontalibus vel refractis); a subsp. *eu-virginico* differt insuper petalis rudimentariis et silicula saepius elliptica quam pedicellus vix breviore, a subsp. *centrali-americano* Thell. (quocum convenit pedicellis abbreviatis et petalis calyce brevioribus) aegrius distinguitur characteribus supra citatis, silicula elliptica nec obovata, petalis etiam magis reductis setaceis, foliis basin versus longius ciliatis, sepalis dorso dense villoso-hirsutis nec leviter tantum pubescenti-setulosis.

III. **Stuckertianum** [1]) Thell., var. nov.

Folia basilaria et caulina inferiora valde elongata et angusta, rhachi anguste lineari, pinnatipartita lobis perpaucis anguste linearibus integerrimis; caulina media et superiora lineari-subulata, uninervia integerrima basi lata sessilia. An subspecies?

Argent.: Córdoba (Stuckert no. d, e, 22376); Salavina, Santiago del Estero (Stuckert no. 7439); Colonia Benites, Chaco (Stuckert no. 16041 ex p., cum *L. calycino integrifolio*).

Differt a *L. virginico* notis similibus ac var. *praecedens*, insuper foliis subulatis basi non attenuatis.

Hujus forma peculiaris videtur:

b) **subsagittulatum** Thell., form. nov.

Folia caulina media basi leviter sagittato-auriculata, ceterum typo varietatis conformia.

Argent.: Altos Sud, Córdoba (Stuckert no. 55 ex p., cum var. *Dilleniano*).

c) quoad indumentum:

b. **hirsutulum** Thell. in Fedde, Repert. XI (1912), p. 310.

Caule foliisque pilis satis longis (± ½ mm) setiformibus dense hirsutulis.

Argent.: Córdoba.

d) quoad siliculam:

1. **normale** Thell., var. nov.

Silicula elliptica, ± 3 mm longa, ± 2½ mm lata. Forma vulgaris.

2. **microcarpum** Thell., form. nov.

Silicula elliptica, tantum 2½ mm longa, vix 2 mm lata.

Argent.: Córdoba (Stuckert no. 5647).

Differt a *L. spicato* Desv., cui siliculae exiguitate accedit, pedicellis erecto-patentibus nec suberectis siliculis inde non imbricatis, foliis basin versus longe ciliatis etc.

---

[1]) In honorem cl. Teodoro Stuckert, * 4. Sept. 1852 Basileae in Helvetia, olim consulis reipublicae helveticae Cordobae in Argentinia, optime meriti de investigatione florae Argentinae.

3. **stenocarpum** Thell. in Fedde, Repert. XI (1912), p. 310.

Silicula anguste elliptica ($4 \times 2^1/_4 - 2^1/_2$ mm), apice anguloso-acuta lobis alaribus in utroque latere emarginaturae triangularibus acutis fere porrectis.

Argent.: Prov. de la Rioja.

4. **suborbiculatum** Thell., var. nov.

Silicula suborbicularis, ± 3 mm longa et lata.

Argent.: Córdoba (Stuckert no. h).

LXVIII. F. Fedde, Ein Lerchensporn mit köpfchenförmigem Blütenstande aus SW-Tibet (*Corydalis Schlagintweitii* spec. nov.)

(Originaldiagnose.)

Corydalis Schlagintweitii Fedde, spec. nov.

Herba perennis (?) glaucescens, breviter glanduloso-pilosula, radice . . ., caule erecto simplice, glabro, valleculato, ut videtur modo supra folioso, plus quam 20 cm alto. Folia basalia nulla (??), caulina petiolata, bi- vel tripinnatisecta, lobulis integris vel rursus lobulatis, lanceolato-oblongis vel etiam latioribus, acutis usque ad subapiculatis, spinuloso-mucronulatis, 2—4 mm longis, infra glanduloso-pilosulis. Flores pro rata minuti et densissime aggregati in paniculum terminalem quasi capituliformem, 3—4 cm longum et 3 cm diametientem, folia prorsus superantem; bracteae minus herbaceae, lanceolatae, pedicellos breves superantes. Sepala pro rata et flore magna, squamaeformia, diaphana, subcordata, lacinulata, 2,5—3 mm longa; petalum superius calcari incluso 1,3—1,5 cm longum, in toto fere horizontale, ad apicem mucronulatum, marginibus non ita quidem expansis, sed distincte et aperte revolutis, subcarinatum, crista humili apicem et summam carinam conjungente ornata, calcari perbrevi 2—2,5 mm longo, paullo decurvato, bullato-globoso; petalum inferius subunguiculatum, ceterum superiori persimile; petala interiora ad apicem cohaerentia unguiculata ungue circiter tertiam partem petali occupante, lineari-sublanceolato, lamina angusta, parte superiore suborbiculariter dilatato fere subpanduraeformi, ceterum autem marginibus subparallelis, crista intermedia humili, ab apice usque ad petali basim perveniente et supra ungue altissima, cristis bullosis lateralibus valde reductis; staminum superiorum appendix nectariferus perbrevis, crassus, curvatus. Siliquam non vidi.

Zentralasiatisches Gebiet; Provinz des extratropischen Himalaja; Westlicher Himalaja; SW-Tibet: Pangkóng, environs of the salt lake Tsomognalari (Schlagintweit, fl. VI, 1856 no. 7002!).

Nota. Species nulli alii magis affinis, praeclara floribus densissime confertis, pro rata parvis, calcari brevissimo.